

vus γη Γ 304, accusativus γῆν ρ 237. Verum non omnibus his locis γῆ notione appellativa usurpatur, sed quibusdam (Γ 104 Τ 259) deam significat; συκῆ, Bekkerus ω 246 sic scribit: οὐ φυτὸν, οὐ συκῆ, οὐκ ἄμπελος, οὐ μὲν ἐλαῖη, quo loco La Roche contra codicum auctoritatem, in quibus aut συκῆ aut συκή legitur, emendavit συκέη, id quod per synizesin pronuntiandum est. Dubito, num recte ita fecerit, nam haud alienum videtur, ex ea re repetere testimonium serae huius rhapsodiae originis. Etiam ω 341 συκάς, συκᾶς, η 116 λ 590 συκαῖ, συκαῖ exstat in codicibus.

### Substantiva masculini generis.

**XX. Substantiva ἄττα, πάππα, τέττα.** (3) Priusquam ad substantiva masculini generis in ης, ης, της exeuntia transeo, adscribo haec tria prisca nomina, vocativi figuram prae se ferentia, quibus et parentes et senes cum reverentia quadam et pietate a liberis et iis, qui minores natu sunt, soliti sunt appellari. ἄττα cf. lat. atta, goth. atta, scr. attā mater; τέττα Λ 412 scr. tātas, amicus, theot. toto cf. G. C.; πάππα ζ 57.

**XXI. Substantiva in ης exeuntia.** (5) ἀνοίτης cf. subst. in της exeuntia; ἀλείτης (ἀλειτ-έσθαι, peccare); βορέης G. C. hoc vocabulum eiusdem radicis esse censem, cuius ὄρος (indog. gar.: γνοός: βορός: εορός: ὄρος), ut Boreas per se significet ventum montanum, ἐνης = ίης (?); ἐρέτης (ἐρέσσω = ἐρέτ-յω) cf. Ἔρετ-μεύς, L. M. II, 94 distinguit ἐρέτης, quod equidem falsum puto; ἔτης cf. subst. in της exeuntia; παρθενοπίπης Λ 385: παρθενοπίπα, ὄπιπα: ὄπι = ὄν-ίη-μι: οὐα cf. ὄπι-ιπ-εύω G. C.; πόρκης circulus (rad. πλέκω) G. C.

Ut omnia, quae huc pertineant, nomina uno oculorum obtutu perlustrari possint, addo adiectiva in ης exeuntia. Reperi haec viginti duo: ἀγνυλοχείλης, αἰολομίτης, ἀνερσεκόμης, ἀργυροδίης, βαθυδίης, ἐπιαπόδης, ἐριούνης, ἐϋμμελίης, εὐρύοπα, ἵπποχαίτης, ἵπποχάρης, κλυτοτέχνης, κυανοχαῖτης (κυανοχαῖτα), κυνῶπα, λαβραγόης, λεχεποίης, μενεχάρης, νψαγόης, νιφιπέτης, χαμαιεύνης, χλούνης, ωκυπέτης.

**XXII. Substantiva in ιης exeuntia.** (3) ἀγγελ-ιης nuntius Γ 205. 206: ἥδη γὰρ καὶ δεῦρο ποτ' ἥλυθε δῖος Ὀδυσσεύς, σεῦ ἐνεκ' ἀγγελίης cf. N 252 O 640. Aristarchus et Apollonius (lex.) ἀγγελίης pro nominativo masc. generis habuerunt, qua quidem ratione illa verba facillime et optime explicantur, quamquam recentiores interpretes, in primis Naegelsbach., illud ἀγγελίης ad nominativum ἀγγελίη referunt, ut verba inter se sic sint iungenda: ἥλυθε ἐνεκα ἀγγελίης σεῦ, id quod mihi nimis artificiosum videtur. ἀγγελ-ιης: ἀγγέλλω = ταμ-ιης: τέμ-ν-ω. L. M. hoc vocabulum et II, 407 et II, 466 laudat, ut dubium sit, utrum ille primitivis an denominativis (cf. ἀγγελος) vocem adnumeret; βορέης = βορίης (?); cf. subst. in ης exeuntia; νεην-ιης (νέζ-ο-ς, νεάν Apollon.) L. M. II, 466. Apud Homerum νεηνίης in adiectivi modum cum ἀνήρ iunctum legitur; ταμ-ιης (τέμ-νω) cf. ταμ-ιη L. M. II, 407. 466.

Ex iis, quae supra enumeravi, substantivis in ης et ης exeuntibus 'nomina agentis' sunt: ἀλείτης, ἐρέτης, παρθενοπίπης, ἀγγελίης, ταμίης, (βορέης ?); πόρκης autem rem significat, quae omnia a verborum radicibus tracta esse appetat uno excepto βορέης. Denominativum videatur esse νεηνίης, quod verisimile est ab initio fuisse adiectivum. In primitivis ἀλείτης, πόρκης, ταμίης animadvertisciones, quae in radicibus sunt, mutatas ει vocalem in ει, ε et in ο et in α cf. Buttm. II, § 119. 34.

**XXIII. Nomina in της suffixum exeuntia.** (85) Quamquam haud ignoro, non pauca eorum nominum apud Homerum mera adiectivorum notione legi, tamen omnia in της exeuntia et adiectiva et substantiva hoc loco enumeravi, quoniam in multis vix potest dijudicari, utri nominum ordini attribuamus; accedit quod vocabula, quae in της suffixum exeunt, quippe quum inter 'nomina agentis' referantur, proprie sunt substantiva; eorum nonnulla autem verisimile est ex